

922 285
A. Ω.
LUTHERUM

EX

JURIS STUDIOSO THEOLOGUM

ET

ZIEGLERUM

EX

THEOLOGO JURIS CONSULTUM

BENEVOLO FACULTATIS PHI-

LOSOPHICÆ INDULTU

ERUDITORUM EXAMINI SISTENT

PRÆSES

M. JO. GOTTLIEB OLEARIUS

ET AUTOR RESPONDENS

JOH. FRIEDER. FIEDLER,

LL. CULTOR

d. Jun. MDCCIX.

L I P S I Æ,

Recus. Litteris SCHEDIANIS.

18 gr. erud.

1372

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Conspectus hujus Dissertationis.

§. I. *Institutî ratio.* §. II. *Theologi ꝛ Cti.* §. III. *ꝛ Cti Theologi.* §. IV. *Medici Theologi, atque Theologi Medici facti.* §. V. *Lutberi exemplum.* §. VI. *Commovendi rationes.* §. VII. *Facti circumstantia.* §. VIII. *Ziegleri clari.* §. IX. *Caspari Ziegleri studia.* §. X. *Studiorum commutatio.* §. XI. *Commutationis causa.* §. XII. *Judicium morale.* §. XIII. *Epilogus.*

§. I.

Magnam semper in rei literariæ foro Lutheri pariter atque Ziegleri nomen, quod totus huc usque cultior orbis utrumque demiratur. Neque tamen nos morabuntur Illius gesta, quæ Melanchthon, Matthesius, Spangenbergius, Selneccerus, Dresserus, Dannhauerus, Seckendorffius cum aliis, quos Junckerus ordine recensuit, (a) disertissime commemoraverunt.

Λ 2

Ne-

(a) in præfatione Vitæ Lutheri numis illustratæ.

Neque Hujus vitæ rationem in animum revocamus, de qua celeberrimus Vitembergensium Jctus, *Casparus Henricus Hornius*, in oratione parentali, huic Jctorum Principi dicta, copiose disseruit. Causas saltem examinabimus, quæ Luthero æque atque Zieglero fuerint, studia ab initio cœpta cum aliis commutandi.

§. II.

Illorum quidem, qui primis annis ad Scientiam sanctiorem animum adplicaverunt, postea vero Jurisprudentiam amplexi sunt, exempla sunt perplura. Inter hos *Joh.* est *Ferrarius*, primus Academiae Marpurgensis Doctor & (b) Rector *Henricus Rittershusius*, magni *Conradi* Parens, cujus *Henningius Witte* (c) mentionem facit. *Joh. Arnoldus Corvinus*, qui rarissimo exemplo a Pastoratu Lugdunensi ad Jctos (d) abiit. *Joh. Brunnemannus*, Jctus & Antecessor Francofurtensis, qui ob vocis debilitatem diversam inire viam (e) jussus est. *Valerius Andreas Desselius*,
post-

(b) Petrus Nigidius in Elencho Professorum Marpurgensium.

(c) in Jctorum memoriis p. II.

(d) Feustelius in Epistola ad Pippingium de Eruditorum Germanorum Vitis. p. 100.

(e) Pippingius in Sacro Decadum Septenario p. 1034.

postquam Linguae S. professionem per 14. annos strenue ornasset, regius Imperialium institutionum Professor, in Lovaniensium Academia, (f) constitutus. *Joh. Hochmannus*, qui jam tantam Theologiae notitiam acquisiverat, quam auditores non tantum, sed & Theologi admirabantur. Cum autem miserrima Ecclesiarum Bibracensium facies esset, de consilio amicorum Juris initia sedulo posuit. Cui studio ita se mancipavit, ut celeriter multis aliis civilis Scientiae gloria antecellerit. Hinc in docentium ordinem publice in Tubingensium Academia cooptatus (g) fuit.

§. III.

Alii a Facultate Juridica, ad Theologicam transitum fecerunt latis felicem. Ex Patribus novimus *Tertullianum*, Legum & Institutionum humanarum peritissimum, qui Sec. II. & III. inter Latinae Ecclesiae Patres (h) commemoratur.

A 3

Chry.

(f) Leg. Ejus Bibliotheca Belgica, cui Vitam & Scripta sua ipsemet adjecit. p. 852.

(g) Conf. Henricus Boecerus, Jctus, in Oratione funebri.

(h) Phil. Labbe in Tract. de Scriptor. Eccles. p. 301. & Labbei æmulus, Patronus meus colendissimus, Joh. Godofr. Olearius, in Abaco Patrol. p. 441. seq. Casimirus Oudin. in Supplem. Bellarm. p. 13. seq.

Chrysoſtomus (i) Græcæ Eccleſiæ Pater, Sec. V. clarus, miſſis profanis diſciplinis, pietatis ſtudium fuit ſequutus. Ex recentiori ævo *Georgius*, Princeps Anhaltinus, rariffimi exempli, fontibus Juris jam dum probe compertis totum ſe ſtudio ſacro (k) reliquit, in quo tantum proficiebat, ut inter conſpicua Eccleſiæ lumina haut immerito referatur. *Joh. Oecolampadius*, Baſileenſis Theologus, poſtquam Patris juſſu Juris prudentiæ operam dare cœpiſſet, neſcio, quo caſu, ad cœleſtia jura (l) ſe contulit. *Urbanus Regius*, paraſtata Lutheri indefeſſus, relicto ſtudiorum civilium curſu, ad Sacras literas totum ſe (m) vertit. *Juſtus Jonas* ex Conſulto humani Juris SS. Theologiæ Doct̃or (n) tactus. *Erhardus Schnepffius*, Prot. in Academia noſtra famigeratiſſimus (o) a ſtudio Juris, in quo tantum profecerat, ut cum laude Doct̃oris capere potuiſſet honores, matris cohortationibꝰ advocatꝰ, in Theologorum Scholam tranſit. *Caspar Olevianus* in Biturigum Academia

(i) Theoph. Spizel. in academia Veteri Jeſu p. 140.

(k) Melchior Adami in Vitis Theol. p. 119. ſeq.

(l) Simon Gryneus de obitu Oecolampadii.

(m) Erneſtus Regius in Vita Patris.

(n) Chytræus in Saxonia L. 18.

(o) Cellius in Oratione funebri Schnepffio dicta.

demia in ordinem Juris adscriptus, limoso
 ingurgite hærens, votum fecerat: se isto pericu-
 lo liberatum, studium Theologiæ esse (p) arre-
 pturum. *Joh. Calvinus*, Reformatorem Eccle-
 siæ autor, eo jam in Juris studio devenerat, ut
 ipsi Aurelienses, quasi optime de academia me-
 rito, Doctoratus insignia absque ullo pretio (q)
 offerrent. *Georgius Sohnius*, Prof. Heidelbergens-
 is, qui antea Juris studium summopere coclue-
 rat, singulari ratione divinitus ad Theologiam
 fuit (r) vocatus. Quibus accensemus *Lamber-
 tum Danaum*. Hic Juvenis animum ad Jus ci-
 vile adplicaverat, & per quatuor annos eidem
 incubuerat. Præceptoris autem sui, *Anna Bur-
 gia*, qui ob constantem religionis confessionem
 comburebatur, exemplo incitatus, studiorum
 genus (s) mutabat, atque Theologis, illius Se-
 culi præstantissimis, annumerabatur. *Theodorus
 Beza*, Juris primum Licentiatus in Academia
 Aureliensi renunciatus, reliquas deinde horas in
 re.

(p) Joh. Piscator in Vita Oleviani.

(q) Melchior Adami in Vitis Theol. exterorum p. 32.
 seq.

(r) Joh. Calvinus, Jctus, in oratione Parentali.

(s) Dicitur Adami l. c. p. 89. a.



rebus sacris (t) collocavit. *Lucas Backmeisterus* per juvenilem temeritatem à Theologiae studio deflectebat, Jurique civili cognoscendo se jam dederat. Revocata autem in animum promissione Parentibus facta, pristinis sacrarum litterarum studiis se totum constanter (u) addixit. *Urbanus Pierius* primum Juris studio se mancipavit, postea Theologiam strenue fuit professus. Ut taceamus *Martinum Antonium Delrio*, cujus vitam *Hermannus Langeveltius* exaravit. *Faustinum Blennonem*, *Pyrizenlem*, ex Consule Pastorem (vv) factum. Atque ex recentioribus *Justum Feurbornium* una cum aliis orthodoxae Ecclesiae fulcris, qui Juris humani rationem competentam satis habuerunt atque perspectam, priusquam Theologiae se manciparunt.

§. IV.

Nec desunt Medicorum exempla, qui operam Theologiae studio navarunt. *Wolfgangus Fabricius Capito*, summis scientiae salutaris non modo, sed & Juris insignibus donatus, tertium Do-

(t) Antonius Fayus in Vita Theodori Bezae.

(u) Paulus Tarnovius in Oratione parentali Backmeistero dicta.

(vv) Micraelius in H. E. p. 354. & Chronico Pomernico libr. VI. p. 604.

Doctōris in Theologia gradum consequitur. *Joh. Schertzerus*, Prof. Theol. in Academia Lipsi. celeberrimus, Gvernero Rolfincio duce, Medicinæ magno cum fructu incubuit, ut Balsamū, a suo nomine Schertzerianum, dictum, invenire potuerit, demum ad Theologiam inflecti se passus est. Theologos æque non meminimus medicinam summa cum cura & industria colentes. E quorum numero prodeant *Casparus Bartholinus*, Hafniensis Medicus, *Joh. Antonides van der Linden*, alique complures. Nostri quippe instituti ratio postulat, ut *Lutherum* potius ex Juris Studio Theologum & *Zieglerum* ex Theologo Jctum factum esse proponamus.

§. V.

Lutherus fortissimus ille Heros atque Christianæ Religionis instaurator, cujus merita in Ecclesiam omnibus patent, cum adverſa nonnunquam fortuna conflictabatur. Cum enim de consilio propinquorum, qui tantam vim ingenii atque facundiam judicabant ad rei publicæ usus fore, inchoasset Erfordiæ Juris studium, magnosque in illo progressus fecisset, repente mutato consilio anno ætatis suæ primo & vigesimo, præter Parentum & propinquorum opinionem, a le-

B

gibus

✠ 15 ✠

gibus humanis subito ad divinas confugit. Testem habemus locupletissimum, Joh. Matthesium, Lutheri familiarem, cujus hæc sunt (x) verba: *Am Ende des 15osten Jahres, da Luthero sein gut Gesell erstochen, und ein groß Donner- Wetter und greulichher Donner Schlag ihn hart erschrecket, und er sich ernstlich vor Gottes Zorn und den jüngsten Gericht entsetzet, beschleust er bey sich selbst und thut ein Gelübde, er wolle ins Closter gehen, Gott alda dienen, und ihn mit Messhalten verfohnen, und die ewige Seeligkeit mit Clösterlicher Heiligkeit erwerben. Wie dann solches eigentlich der frommen Closter-Leute Lebre und Gedancken waren. Derhalben wird er nicht Fauligkeit, Ungeschicklichkeit oder Armut halber ein Augustiner-Mönch zu Erfurt, doch ohne Wissen und Willen seines lieben Vaters, der ein hertzlich Missfallen drob getragen, und zwey Wort zu seinem Sohn gesaget: Sehet zu, dass euer Schrecken nicht ein teuflisch Betrug gewesen sey.*

§. VI.

(x) in Vita Lutheri p. 4. b.

Quod causas hujus mutationis concernit, in eo omnes conveniunt, anam ipsi dedisse sodalis sui, cui nomen *Alexii* erat, confessionem. Accedebat & alia commovendi ratio. Fulmine iter faciens Lutherus in rure perterrebatur, ita, ut humi prostratus secum constitueret, si periculo excideret, se in monasterium esse concessurum. Suffragatur *Ludovicus Maimburgius*, Luthero alioquin infensissimus, cujus verba *Seckendorffius* (y) exhibuit: *Lutherus judiciorum Dei metu tangebatur, ita, ut subita cujusdam è sociis morte & tonantis cæli fragore & fulminis prope ferientis ictu contremefactus, relicto legum studio, quod inceperat, invitis etiam Parentibus, in monasterium Patrum Augustinianorum Erfordie sese abderet.* Et quamvis *Melanchthon* (z) illud vitæ genus ingrediendi occasionem faciat cogitationes de ira Dei aut de mirandis poenarum exemplis attentiores, quibus pene exanimatus interdum fuerit, una tamen causa alteram non tollit, sed tanquam propinqua ex remotiori emanat.

(y) in Lutheranismò Sect. VIII. p.

(z) in Vita Lutheri.

§. VII.

Animum itaque Lutherus ad monachalem statum adplicabat. Invitabat amicos, & musica, quam edoctus erat, illorum animos recreabat, illisque in simul in hoc statu valedicebat. Quo peracto libros, humanas constitutiones comprehendentes, omnes atque singulos mittebat. Hoc consilio vitam monasticam eligebat, ipsum ob magna merita cum gaudio excipientem. Liceat nobis ea reperere, quæ alio loco Theologus Judiciosissimus de Luthero (aa) consignavit; *Lutherus conscientiam pavidam atque teneram consulens votum fecit, se eremitanum Augustini institutum complexurum esse, atque hoc animo monasterium clam & quidem post cœnam, ad quam populares & condiscipulos invitarat, noctu, nescientibus amicis & Parentibus, non sine læsione & morsu conscientia, ut postea sæpe confessus est ipse, ingressus est, missis postridie literis ad amicos & Parentes, quibus hoc factum significaret, & qui non sine lachrymis dolerent, tantum ingenium in*
mona.

(aa) Nicolaus Selneccerus in oratione de Vita Lutheri Hildesiae anno 1590. habita, quam VIII. Dissertationibus illustravit, denuoque edi curavit D. Joh. Frid. Mayer. Vitembergæ 1687.

monastico specu & semimortua vita sepultum latere. Per integrum biduum condiscipuli & amici, studiosi & alii, monasterium obseruarunt, & quasi cinxerunt, recuperare Lutherum inde volentes, sed fores ita occlusa atque munita fuerunt, ut ad integri mensis spatium nemini pateret ingressus ad Lutherum, donec Pater ipsius Islebio Erfordiam veniens admitteretur. Tanta animi constantia Lutherus propositum exequabatur, ut in ordinem receptus mitteret mane ad amicos litteras valedictorias, annulum Magisterii, Vestem simulcum litteris ad Parentes, quibus consilii sui rationem explicabat; Hinc superstitiosus quibusdam fuit visus, quod perpetuos conscientiae morsus persentiscere, quam votum rescindere malebat.

§. VIII.

A LVTHERO ad ZIEGLERUM digredimur, qui cognomines omnes & Virtute & Eruditione, dubio procul antecellit. Etiam si enim Svecia in *Jacobo Zieglero*, qui Viennæ Austriacæ diu docuerit, facundiam atque linguæ latinæ puritatem nimium miretur; Lipsia incomparabilem Theologum, quem ipse Lutherus Virum

B 3

do-

doctum vocare solebat, laudibus ingentibus cumulet: magnum Spiræ decus accedat, *Job. Reinhardum Zieglerum* genuisse: Noster tamen *Casparus Zieglerus*, de quo nunc dicemus, inter hos omnes eminet, quippe in illo junctim reperias, quæ alios divulso nexu locupletarunt.

§. IX.

Incomparabilis hic Zieglerus, qui majorum nobilitate & egregiis facinoribus æque ac propriis virtutibus clarebat, in urbe totius Germaniæ nobilissima, Lipsia, an. 1621. natus, Patrem nactus fuit *Casparum Zieglerum*, Proconsulem Lipsiensem. Prima statim ætate in ipso emicabat ingenium non vulgare, studiisque accommodum. Et quamvis anno tenellæ ætatis tertio de altiori gradu scaliæ delapsus ob capitis læsionem morti vicinior videretur, medicorum tamen dexteritate isto vulnere medebatur. Hinc felicissimi ingenii igniculi mature in Zieglero se prodebant. Postquam ad maturiorem venisset ætatem, nihil eorum intermittebat, quæ conferre quidpiam ad studia valebant. Serioque secum constituebat, per singula doctrinarum genera non tanquam hospes, sed magna cum cura versari. Mathematicis proinde Scientiis, quibus præ

præ

præ aliis delectabatur, imbuendum se tradebat, quibus tantam navavit operam, ut de quæstionibus vexatissimis accurate judicaverit. Reliquas etiam sanioris Philosophiæ partes velocissime arripiebat. Quam ob causam nec Lipsiæ diutius immoraturus, Vitembergam se convertebat, ibidemque *Scharffios, Buchneros, Sperlingios, Pompejos*, frequentabat, qui, ut summos Philosophiæ honores Lipsiæ ambiret, quæ primam ipsi lauream dederat, auctores suatoresque extiterunt. Qua vivendi ratione viam ad viros doctissimos sibi muniebat, ac singularem eruditionem suam, verba ex cathedra proferens, luculenter satis monstrabat. Latinis & græcis literis imbutus, historias in utraque lingua exaratas exacte callebat. Elegantissimam morum doctrinam profunde tenebat. Occulta Scientiæ naturalis prompte inquirebat. Spiniosissimam entis doctrinam absque offendiculo perscrutabatur. Sæctas Philosophorum & antiquiorum & sui temporis non ignorabat. Poëtis omnibus palmam præripiebat. Gelliani etiam, quod Lipsiæ illo tempore florere cœperat, Collegii autor de prædicatur. Uno verbo: talis jam erat Zieglerus, ut sive ad Scientiam Sanctiorem, sive ad legum humanamana-

mana-

manarum notitiam, sive ad artem salutarem animum applicaret, in singulis virum se præstaret, imprimis, cum in iis, quæ summa cum laude hætenus addidicerat, acquiescendum non esse prudenter arbitraretur. Jussu igitur Parentis, qui ipsum adhuc puerum Ecclesiæ Ministerio devoverat, ad penitentiorem revelatæ doctrinæ cognitionem accedebat. Duces sectabatur *Hæpffneros, Hulfemannos, Carpzovios, Kromayeros, Geieros*, mysteria divina explicantes, quorum ductu ita proficiebat, ut sub acutissimi Præceptoris, Hulfemanni, præsidio, Disputationem primam de confessione Calvinianorum Thoruniensi, quam proprio Marte elaboraverat, & octavam in Breviario Hulfemanniano, mascule defenderet. Quo consilio dignus ab omnibus habebatur, cui supremus in Theologia gradus dederetur.

§. X.

Miramur Zieglero omnia ex voto successisse qui invitatus admodum Theologiæ incubuit. Religionem enim sibi ducebat filius Parenti, ejusdemque decreto refragari. Cum autem voto
(bb)

(bb) liberaretur, mysteria divina, ea qua hactenus cura, inquirere non pergit, Jurisque studium amplectitur. Obstare quidem videbatur ætas provectior, quæ secunda literarum incepta impedire alioque solet. Diu itaque hærebat, nec præceps castra Theologorum relinquebat, usque dum diuturna animi deliberatione legibus humanis sese manciparet. Maximo igitur animi fervore Justinianum exosculabatur, cujus Statuta atque Decreta Viri eruditissimi atq; J.Cti, *Polycarpus Wirthius* & *Amadeus Eccoldus*, quibus utebatur, ea, qua Ziegleri Parens, fidelitate, solide explicabant. Hinc biennio vix elapso celeberrima nostra ad Salam Academia Zieglerum, vigiliis atque indefessis laboribus delassatum, recreat, atque supremis in utroque Jure honoribus, omnibus quos Ziegleri nomen non latebat, applaudentibus, condecoravit. Tertio legum studii anno Professoris muneri in alma Vitembergensium Academia præesse jubebatur. Hanc spartam indefesso studio exornavit, atque egregia seræ posteritati dexteritatis suæ testimonia relinquere æque boni consuluit. Judicium ferant exteri, ad quos Ziegleri non modo nomen, sed & ingenii partus pervenerunt. Dicamus & nos cum illis, Zieglerum gloria

C

Virtutis

(bb) qua ratione Parens id resciderit, refert ipse Zieglerus, in Parentalibus ad busta suorum suarumque ao. 1682. edit. & ex eo Tentzel. in *monatl. Unterredungen* anni 90. mens. Maj. p. 501. seq.

Virtutis & eruditionis unum omnium optime florere.

§. XI.

Fulgidum hoc orbis litterati Sidus ad bonum publicum magis natum fuisse singuli credunt, quibus Ziegleri fata innotuerunt. Ille enim is erat, de quo bene sperare atque confidere omnes poterant. Eruditus non modo in Theologia erat, sed & aliis mysteria Dei exponere coepisset, nisi aliud Litterarum genus amplecti, ipsum coegissent causæ mox adducendæ. Interna destituebatur ad Theologiam vocatione, quam necessariam prudentiores agnoscunt. Et sic totum studiorum cursum, feliciter hæcenus peractum, coacte nimis absoluebat. Ad hæc fortuna vates prævidebat publicæ rei majorem utilitatem, leges humanas cum divinis conglutinando, accessuram, quam unam tantummodo partem illarum sectando, arbitrabatur. Ex morbo in super graviore fatalitatem ipse Zieglerus cognoscebat. Terna quippe vice illo corripiebatur, eoq; semper tempore, quo linguam Veteris Instrumenti authenticam, ex ore Philologi, parem non agnoscentis, magni Carpzovii, excipere decreverat. Hinc inde naturali mentis inclinationi locum dabat, bonum publicum privato præferens, seque ad amplectendum Juris studium accingere properabat.

§. XII.

Tanta animi constantia Lutherus pariter atque Zieglerus scopum suum attegerant. Dubitandi enim

locus

locus haut superest, hisce duumviris causas legitimas (cc) studia mutandi subfuisse, qui quasi divinitus ad orbem illustrandum vocati. De Luthero ne quidem ambigimus, certius persuasi, neque fortuito casu sodalem interfectum, neque Lutherum rerum naturalium expertem fuisse, qui coeli tonitruantis fulmine, secundum erroneam vulgi opinionem, perterrefieri potuerit. Deus procul dubio singula disposuit ita, ut Judiciorum partim, partim misericordiae affectus generi humano exinde pateret. Nostri instituti non fert ratio, rem per singula momenta exponere, in qua jam dudum alii desudarunt, sed & effectu saltem judicamus, Lutheri studia, Deo dirigente, fuisse permutata. Vocatio enim, quae intrinsecum animi appetitum afficit, absque omni dubitationis alea, a Deo profiscitur. De Zieglero quoque comperta res est. Aversabatur a teneris sanctioris Scientiae studium: alienus erat a pleniori rerum divinarum Scrutinio. Ex quo satis patebat, ipsum destitui divina, eademque interna ad haec studia vocatione, Haec Parentum suorum frequentibus plane cohortationibus praefere sibi duxit antiquius. Non nesciens enim Zieglerus erat, votum a Parentibus factum, salva fidei integritate, posse

(cc) quas adduxit Mayerus in eruditissima dissertatione: *Virum Studiosus Theologiae salva conscientia Theologiae studium deserere & Jurisprudentiae, aut Medicinae se consecrare possit: habita Vitembergæ,*

posse rescindi. Cogitabat imperfectam illorum in liberos potestatem, quæ neque humano Juri, neque divino innititur. Adhæc publicum Bonum privato præferebat, quod nos ipsos, ratio sana edocet, suadet atque dictitat. Quod superest, Supremum Numen tacite quasi propositum Ziegleri comprobabat, quod eo potissimum tempore ægrotaret, quo sacrarum literarum studio maxime incumberebat.

§. XIII.

Hinc satis apte colligimus, quodvis studiorum genus appetendum esse, non ex aliorum suasu, sed naturali potius dictamine. Deus enim hominibus liberum largitus est arbitrium, quod violentis aliorum coactionibus minime est subjectum. Non nescit animæ facultas Deo in quovis genere litterarum debita præstari officia, si modo juste gerantur. Hinc illorum Parentum haud approbandum est imperium, qui liberos modo ad hanc, modo ad illam disciplinam imprudenter satis compellunt. Horum rigorosa potestas adaugetur, quando filii certum studiorum genus, ob infirmas satis vires respuentes, a Parentibus infontes exprobrantur. Cogitent illi atque probe perpendant exempla eorum, qui, monitis paternis ex solo obsequio obtemperantes, in musarum pelago infeliciter navigarunt, & qui sibi relictum cum Luthero æque ac Zieglero maximam obri litterato utilitatem attulerunt.